

c. 6. DE TIBIIS VET. 83  
in Galba cap. 12. *Cano Choraulæ mi-  
rè placenti denarios quinque donavit  
prolatas manu sua è peculiaribus oculis  
suis. Ismeniam celebrem Tibiarum  
cantorem Choraulæ vocat Plinius  
lib. 37. cap. 1.*

Marmor in via Appia repertum, &  
Choraulæ cum Inscriptione Græca di-  
catum, è regione exhibeo, quod in Li-  
bro Fulvii Ursini manu exarato, qui in  
Bibliotheca Vaticana asservatur, ita de-  
lineatum inveni. Infra inscriptionem  
corona cernitur, quæ ipsum in certami-  
nibus Victorem fuisse denotat à latere  
duplices Tibiæ. Ex eodem Ful. Ursini  
Libro, elegantem Choraulæ statuam se-  
quenti paginâ dabo, in Via Appia iti-  
dem repertam cum hac Epigraphe:

Θ. Κ.

ΜΥΡΙΠΝΩ. ΝΑΝΩ.

ΧΟΡΑΥΛΗ.

De Choraule non prætereunda est,  
quæ apud *Gruterum* legitur, Inscri-  
ptio Antiqua, Pag. 1035. quam parum  
diversam & magis emendatam mihi

D. 6. Ro.